

10, 5. et 31, 2. Nam Ptolemaeo III, 13. est Μίνεζα. Plut. Alex. c. 11. narrat regem illum praeceptorum suo Aristoteli eam apud urbem scholam destinavisse. *Freinsh. ibidem.*

Ἀλκομενεύς] ab urbe Ἀλκομέναι, quo nomine fuit in Ithaca insula urbs; fuit et in Illyriis, quae fortassis Pithonis patria fuerit, Illyriis jam Macedoniae contributis, potest tamen ut in ipsa quoque Macedonia urbs eo nomine fuerit. *Aegaeus* ab Αἰγαί, quae urbs fuit Macedoniae teste Stephano. *Alorites* ab urbe Ἀλωρος, quae itidem in Macedonia, unde Ptolemaeus Alorites, qui fratrem Alexandrum Macedoniae regem interfecit, apud Diod. XV, 71. Cognomen habuit et Κνωπίαις Ἀλωρίτης apud Polyb. V, 65. *Freinsh. ibid.* De reliquis urbium et regionum Mace-

donicarum nominibus ut aliquid adjiciam, quia notissima sunt, necesse non est.

7. Καρδίης] Cardia urbs fuit in Chersoneso thracica; Magnesia, hoc loco, regio Thessaliae.

8. Σόλιος] a Σόλοι, Cypri urbe. Pasocrates et Pnytagoras erant reges Cyprii.

9. Ἀστυπαιλαεύς] Astypalaea fuit, Stephano teste, oppidum Coi, insulae. Idem nomen habebat insula maris Carpathii, cum urbe ejusdem nominis, unde Onelicritus fuisse videtur. Quanta vero dignitate Scribae fuerint apud Macedones, vide in Corn. Nep. Eumene, cap. 1, 5.

11. Eadem ferme narrantur supra in Exped. VI, 3, 1-3.

12. De certaminibus musicis et gymnasticis vide notam ad Exped. II, 5, 10.

XIX. Ὡς δὲ πάντα ἐξήρ-
τυτο αὐτῷ ἐς ἀναγωγὴν, Κρα-
τερόν μὲν τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ
Ἰδάσπεω ἰέναι σὺν τῇ στρατιῇ
ἐκέλευσε πεζικῇ τε καὶ ἵπ-
πικῇ ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα δὲ

XIX. Omnibus itaque re-
bus ad navigandum paratis,
Craterum ad alteram Hy-
daspis ripam cum exercitu
equestri ac pedestri iter fa-
cere jubet. Ab altera vero

NOTAE CRITICAE AD CAP. XIX.

1. σὺν τῇ στρατιῇ — In Optimo et duobus aliis additur πεζῇ. Male.